



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXXI Quàm pie ac salubriter ad eleemosynae studiu[m] diuina nos instruat
scriptura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

Mat. 25. fui & vestistis me, hospes & collegistis me. Infirmus & in carcere, & visitastis me, & cætera. Et quod fecistis vni de minimis meis, mihi fecistis. Et tunc audiet vocem illam beatam: Venite benedicti patres mei, percipite præparatum vobis regnum ab origine mundi.

Quod per eleemosynam omnium peccatorum tribuatur remissio. Caput XXX.

Tob. 4. **B**Eatus namque Tobias filium monens, ut eleemosynam faceret, ait inter alia: Ex substantia tua fili mi fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vilo paupere. Ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantanter tribue. Si exiguum fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Quoniam eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat & non patietur animam ire in tenebras.

Quam pie ac salubriter ad eleemosynæ studium diuina nos instruat scriptura.

Caput XXXI.

Tob. 4. **F**iducia magna erit coram summo deo eleemosynæ, omnibus facientibus eam. Hinc & per quemdam sapientem dicitur. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Igitur quicumque

LIBER SECVNDVS

de virtute eleemosynæ plura noscere cupit, legat librum sanctissimi martyris Cypriani, quæ de eleemosyna scripsit. Et beati Maximini Taurinensis episcopi librum, quæ & ipse de eleemosyna scripsit, & sufficienter inueniet.

De Humilitate. Caput XXXII.

Humilitas quidem hæc est, vt omnes homines Basili.
æstimemus superiores nobis, & omnibus nos inferiores & viliores, non solum humili pronuntiemus sermone, sed etiam intimo credam⁹ cordis affectu.

De laude humilitatis. Cap. XXXIII.

Dominus ac redemptor noster vt ad humilitatē nos prouocaret, per euangelium suum formam nobis humilitatis ostendit dicens: Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris. Ipse etenim per Prophetam dicit: Ad quē aut respiciam nisi ad humilem & quietū et timentē sermones meos? Hinc beat⁹ Petrus apostolus ait: Omnes autē inuicem humilitatē insinuate. Quia deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam. Esa. 66.
1. Pe. 5. Esto in humilitate fundatus, esto omnium nouissimus. Humilia te vt exalteris. Minimum te fac omnibus, nulli te præponas, nulli te superiorem deputes. Aestima omnes superiores esse tibi, quamuis summus sis. Humilitatē tene, quia si humilitatem tenueris, gloriosus eris. Quantum enim humilior fueris tū te sequitur altitudo gloriæ. Descen-